



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

Tit. 15. De eo, qui mittitur in possessionem, rei servandæ caussâ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

tribus editis, vel uno pro tribus, quod vulgo
preemptorum appellatur. evocatus, & nulla ju-
sta causa impeditus, praesentiam sui facere con-
tinet, l. *Contumacia* § 3. D. de re judicata; vel
si compareat, Judicis dicto obtemperare recusat,
lunica D. Si quis sua dicens &c. vel absque Ju-
dicis intentia recedit, e. *Causam hoc sit.*

Dixi, nullà justa causa impeditus; quia si
ob adversam valetudinem vel aliam justam
causam non compareat, vel non obsequatur,
panam contumacis non patitur, d. l. *Contuma-
cia virie penam cum seq.*

4. Contumacia autem litigiorum variè
coicitur, nunc litis damno, d. l. *Contumacia;*
mone, multa, à Justice inficta, l. 2. D. Si quis in
juris causa &c. D.D. in l. *Omnibus* D. Si quis jus
incendi &c. (quæ duæ pœnæ tantum locum ha-
bent in vero contumace, juxta DD. in d.l. *Omnib.
fin. Maranta* d. t. *De contumacia* n. 9.) nunc
condemnatione in expensas, c. *Cum dilecti h. tit.*
vel alter, secundum Judicis arbitrium, si non
sit solvendo, cap. *Finem luitibus h. t.* Interdum ad
judicium invitus ducitur, l. *Consentaneum Cod.*
quomodo & quando *Iudex* &c. Subinde rei se-
quelstratione punitur, cap. *Ea littera h. t.* Inter-
dum excommunicatione afficitur, e. *Tua frater-
nitatis sup. ut lite non contestata* &c. *Glossa* in cap.
Abar h. t. in 6. & in c. *Constitutionem* 9. De sen-
tencia excommunicat. in 6. nisi quod hodie ad
panam excommunicationis non deveniatur,
quando potest adversus eum fieri realis aut per-
sonalis executio. Vide Conc. Trid. Sess 24. cap.
3. *Dereformata.* Aliquando etiam missionem in
bonorum possessionem patitur, iis scilicet casis
bus in quibus ea locum habere potest, ut larius
ad Tit. seq. explicabitur.

TITULUS XV.

De eo, qui mittitur in posse-
sionem, rei servanda
causa.

1. Ob contumaciam rei ex primo decreto mittitur
actus in possessionem bonorum custodia causa.

2. Post annum constituitur versus rei possessor, et
iam circa decreum in actione reali.
3. In actione personali non nisi ex secundo decre-
to.
4. Reo contumace, postquam contestata lia est, ju-
dex procedet ad sententiam definitivam, si
consistit de causa veritate.
5. Si minus, ad judicabit actori possessum
6. Missio in possessionem locum non habet in benefi-
cialibus.
7. De actore contumace.

Diximus Tit. præcedenti, actorem aliquan-
do ob contumaciam rei mitti in posses-
sionem bonorum seu rei petitæ: hic docetur, quid
juris actor ex missione consequatur.

1. Quod ut melius intelligatur, diligenter at-
tendum est, utrum reus, ante item contesta-
tam contumax, reali personali actione con-
veniat, & an suo alieno nomine possideat
rem. Nam si in rem actione conveniat, &
reæ petitæ suo nomine possideat, sitque con-
tumax ante item contestatam, actor, custodia
causa mititur ex primo decreto in posses-
sionem rei, juxta modum & mensuram petiti & in
libello declarati debiti. e. *Quoniam* §. in aliis sup.
re lite non contestata &c. ut hac ratione radio
affectus veniat responsurus reus. Quod si intra
annum venerit, præstita cautione judicio fisti, &
exhibita satisfactione congrua pro refusione ex-
pensarum, possessionem recuperabit.

2. Alioquin si intra annum à die mis-
sionis, cautionem hujusmodi dare neglexerit
(nisi per reum non stererit, quo minus data sit,
sed per ipsum forte judicem: tunc enim non
laborat reo anni spatium, intra quod eum cave-
re oportet, cap. 2. hoc tit.) actor statim, id est
absque alio Judicis decreto, verus constientur
rei possessor, & fructus facit suos, parti adversæ
super proprietate dumtaxat defensione legi-
tima reservata, d.e. *Quoniam* §. in aliis. &c. 1.
& 2. h. t. Imò etiam, petente actore, potest
procedi ad rei petitæ venditionem, si coeteri
summarie de debito, potest ea adjudicari a-
ctori in solutum, pro modo petiti debiti; l.
*Cum proponas Cod. De bonis auctorit. Iudicis pos-
sidi.* Sin actione reali conveniat quis alieno
nomine possidens, prout convenienti potest. l.
Officium 9. D. De rei vindicat, tum actor nomi-
nabit

nabit dominum in iudicio; &c. si post insinuationem, eidem domino infra praescriptum a Judice terminum factam, ipse dominus per se vel per procuratorem non compareat, ac tribus edictis legitimè evocatus in eadem contumacia persistat, auctor post summariam cognitionem mitteatur in rei possessionem, absenti proprietatis quæstione reservata, d.c. *Quoniam* §. in alius.

3. In actione vero personali, si intra annum non compareat contumax reus, mittetur auctor in bonorum possessionem primo mobilium, deinde immobilium, si mobilia non habeat, & postrem juriū modo declarati debiti, *Auct.* Et qui jurat *Cod. De bonis auctorit. iudicis possid.* (licet olim ex actione personali missio fieret in omnia bona, excepta causa damnis infectori, l. 1. *D. Ex quibus caussis in possessionem eatur*: aut excommunicabitur reus, si hoc meruerit prottervitas ejus, id quod *Judex arbitrabitur*, d.c. *Quoniam* §. fin. & ibi Panormit. Itra a non vel etiam post annum veniens audietur, & possessionem recuperabit, juxta diffictionem antea allatum, nempe si promittat iudicio sibi, & offerat satisfactionem expensarum. Alioquin, lapsu anno, auctor non quidem statim, id est absque decreto, sed de cetero iudice; atque ita ex secundo decreto efficitur verus possessor, salva reo proprietatis caussa, d.c. *Quoniam*.

Decretum iudicis hic propterea opus est, ad hoc ut auctor veram rei possessionem consequatur, quia mitterit in possessionem rei non sua, sed tantum sibi debitæ. At in reali mitterit in possessionem rei, quam contendit esse suam, & que propter contumaciam rei presumitur esse auctoris, ideoque ibi secundo decreto opus non est, Vide Welenb. *ad tit. D. De damno infectori*.

4. Quod si reus actione in rem conventus, post lite in contestatam contumax fuerit, tum si diligenter adhibito examine, de controversia mota veritate conferat constare possit ex auctoribus, puta quia testes recepti sunt aut recipi possunt, vel instrumenta exhibita, confessiones factæ, poneat *Judex*, reo absente, ad sententiam definitivam procedere, vel reum absolvendo, si justam causam habuerit, vel condemnando, si noxius in ventus fuerit, eamque executioni mandate, *Properandum* 13. §. fin. *auctem reus* 3. *Cod. De iudicis cap. Proste 4: sup. De dolo & contumacia*.

Nec obstat, quod sententia contra absentem & indefensum lata sit nulla l. *De unoquoque* 47. *De re iudic l. 1. Cod. De sententia & interlocu-*
em iud. quia id quidem verum est regulatissimum, sed excipitur hic casus, propter contumaciam rei absensis; & litigatori ablenientia, inquit *Imp. Dei præsentia repletur, d l. Properandum* §. cum autem 4. usque ad eodum, ut ne quidem reus ob contumaciam absens condemnatus, postea veniens ac fidejussiones offerens audiat, d. §. fin. autem nisi forte confessum, & Judice adhuc pro tribunali sedente, venerici, l. *Divus* 7. in prim. *D. De restitu. in integrum*. Sicut etiam non est audiendus, si à sententia condemnatoria appellate voluerit, quia de se queri debet, qui propter contumaciam suam condemnari meruerit, non debet de iudice: nisi forte in exhibendo instrumento, quod exhibere iussus erat, contumax extiterit, l. *Creditor ulimo* §. *jussus D. De appellat.*

5. Si vero reo post litem contestatam contumace, non possit iudicii constare ex actis de veritate causæ, ut quia auctor nullos testes vel instrumenta produxerit, nec illa confessio facta sit, tum non proceder ad sententiam definitivam, sed auctori adjudicabit veram rei possessionem, salva absenti proprietatis quæstione, d.c. *Proui in fine* & d. l. *Properandum* §. fin. autem Quod si adjudicatione possessionis locutus non fuerit, tum reus, etiam in invito, cogendus est, ut compareat, l. *Consensaneum circa finm* & *Quomodo & quando Index* &c. Si auctor, ob potentiam aut dolum rei contumacis, non possit possessionem sibi adjudicatam intra annum ingredi, vel acquisitam amiserit, nihilominus, ne contumaz sit melioris conditionis, quam obediens, anno clapsi efficitur verus possessor. c. *Contingit q. sup. De dolo & consummatio*: nisi cautionem præstiterit reus de stando iuti, t. i. sup eodem tit.

6. Ceterum missio hæc in possessionem bonorum locum habet, cum de rebus profanis discepatur, non etiam cum de beneficialibus, ut dignitatibus, personalibus vel beneficiis Ecclesiasticis: ut evitetur ingressus viatorum ad beneficia, quæ obtineri sine canonica institutione non possunt. Ideoque in illis ob contumaciam rei causa diuinitur etiam litem non contestata, e unico end in 6. Idemque obtinet in causa matrimoniali, ubi alter conjugum ita absens,

quod

quod peremptoriè citatus venire contemnat, aut malicie se occulteret, vel impetraret, ne ad se perveniat citatio, et fin. & porro sup. *Vt lite non contestata*, *Eccl.* Qibus autem casibus locus non clemmissioni in possessionem, reus ante litis contestationem contumax, ut juri pareat, per Ecclesiasticam censuram compellendus est, et *Tus frumentatis sup.* *Vt lite non contestata* *Eccl.* Et haec basdere contumace.

7. Quod ad actorem attinet, si is constituto sibi tempore in judicio non comparuerit, potest reus instare, ut in expensis condametur, *cap. 1.* *De dolo & contumacia in 6.* imò in omnia damna, *l. Sanctius Cod. De iudicis*: Nec citabitur ulterior reus ad eum petitionem, nisi caverit de ve- niendo & comparando *d. e. 1 in 6.* Vel petere pos- telt, ut auctore legitimè citato & non comparende, ad probationem admittatur, & cognita nego- tii qualitate sententia feratur, etiam lite non domo contestata, *e. Causam sup. De dolo & con- tumacia*. Secus acque in reo contumace, in quo ad sententiam non devenitur, nisi lite contestata: idque propter contumaciam auctoris, quae major est, quam rei, receptum est *Glossa in d. e. causam*: nim auctore agere non tenetur, *toto tit. Cod. Vi nemo iniurias agere vel accusare cogatur*, reus vero ci- tatus necessariè comparere debet, *e. Veniens inf.* *Accusat.* Quid si de negotiis qualitate com- mode constate non possit, reus à iudicis iustitia & observatione relaxabitur, eique auctore ab- sensu expensis frustra factas condemnabitur, *d. e. De dolo & contumacia in 6.*

TITULUS XVI.

Vt lite pendente nihil innove- tur.

1. *Regula. Lite pendente nihil innovandum esse.*
1. *Lit pendere quomodo dicatur.*

1. *NE quis existimet, regulariter pendente* *elite posse aliquid innovari, quo sta-*
tus causa pendentis immutetur in alterius præ-
judicium, ex eo, quia supradictum est, auctorem *ob rei absens contumaciam posse mitti in pos-*
sessionem bonorum: ideo hic subicitur regula *generalis in contrarium, nempe quod lite pen-*

dente nihil sit innovandum, quo vel auctoris vel rei persona, aut conditio, vel litis pendentis qua- litas statulve aliquo modo immutetur in præ- judicium alterius: adeo ut lite pendente ne quidem Principi vel summo Pontifici supplica- reliceat, sed rescripta, lite pendente impertrata, non facientia litis mentionem, tanquam sub- reptitia, viribus destituantur, *e. 1 & fin. h. 1.* quia præsumitur Princeps aut summus Pont. non fuisse concessurus, si intellexisset litem super ea re pendere, *cap. Super litteru 20. sup. De rescriptis.* Hinc etiam actionem & rerum litigiorum alienatio, pendente lite quovis titulo facta, est prohibita, & ipso jure irrita, *cap. 3. 4. b. 1.* Imò is, qui recepit, non tantum cogitur eam rem con- festim alienanti reddere, sed & amissu pretio- tantumdem fisco præstare cogitur, si scimus rem litigiosam emerit, vel per aliam speciem contra- ctus receperit: alias si nescierit rem litigiosam esse, pretium illius vel veram & simulationem, ubi pretii datio nos intervenit, una cum alia tertia parte ejusdem ab alienante recuperabit. Et, si res, lite pendente alienata, non poslit recuperari, debet is, qui eam alienavit, aliam æquiva- lentem in locum illius surrogare, *d. cap. 3. & 4. hoc tit.*

2. Pendente autem lis dicitur hoc loco, non tantum, quando lis est contestata, sed simul at- que reus ab auctore in jus vocatus est, addita & clara expressa causa, ob quam vocetur, *Clement. 2. hoc tit.* Litigiosa vero res dicitur, de cuius dominio causa movetur inter auctorem & reum sive possessorem & peritorem judi- ciaria conventione, *l. 1. juncta Auth. Litigiosa Cod. De litigiosis.* Et ideo controversia super possessione nos facit rem litigiosam, *Glossa in cap. 1. inf. De confirmar. utili vel inut.* Accula- tus igitur adulterii, propter quod agitur ad di- vorcium, id est ad separationem thorii, non debet pendente lite ab uxore separari, seu privati possessione conjugali, *cap. 2. hoc tit.* quia litis pendentia non lu pendit exercitium matrimonii, Panormit. *in c. 2. n. 4. inf. Qui filii sunt legitimi.*

Similiter si ex duabus litigantibus super elec- tione, de se in discordia facta, alter decedat, vel renuntiet, vel à prosecutione causæ ex- cludatur, ad novam electionem, antē litem su- per electione alterius finitam, procedi non potest;